

metabuntur filii israhel per gyrum taber-  
naculi foederis. Ad orientem iudas figet  
tentoria per armas exercitus sui. Eruntque  
princeps filiorum eius naason filius amina-  
dab, et omnes de stirpe eius summa pugnan-  
tium septuaginta quattuor milia sexcen-  
ti; iuxta eum castra metati sunt. De tribu  
isachar quorum princeps fuit nathana-  
hel filius sizar. et omnis numerus pugnantium  
est quinquaginta quattuor milia quadringenti.  
In tribu zabulon princeps fuit heliab filius helom.  
Omnes de stirpe eius exercitus pugnantium quinquaginta  
sex milia quadringenti. Vniuersi qui in castris uide an-  
numerati sunt fuerunt centum quinquaginta sex milia quodri-  
ngenti. et per armas suas primi egredientium. In castris  
filiorum ruben ad meridiana plagam erit princeps  
heluius filius sedeur. et cunctus exercitus pugnantium  
eius qui numerati sunt quodraginta sex milia quingenti.  
Iuxta eum castra metati sunt de tribu symeon quorum prin-  
ceps fuit salamihel filius suris addai. et cunctus  
exercitus pugnantium eius qui numerati sunt quinquaginta noui-  
milia trecenti. In tribu gad princeps fuit eliasaph fili-  
us dihel. et cunctus exercitus pugnantium eius qui numerati  
sunt quadringenti quinquaginta sex milia sexcenti quin-  
quaginta. Omnes qui recensiti sunt in cal-